Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39104
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



115 Tractatus de 7. Sacramentis. /: pro ordinandis :/ præmissis aliquot lineis præfationis loco incip. quæritur 1.° quæ sunt necessaria in domo Dei, id est in Ecclesia. p. der. per 9. folia pr. Cod. et manus. L.13

116 Tractatus de Dignitate et Magnificentia Ord. S. P. Benedicti: incip. Papa Johannes XXII. qui præfuit Sedi Apostolicæ anno 1317. temporibus Ludovici Imperatoris Romanorum et Ducis Bavariæ, hic Sancti Benedicti Dignitatem considerans, prælationem et Sanctorum Canonizatorum de Regula ipsius multitudinem admirans recensuit numerum ipsius ordinis in Libris suorum Prædecessorum, et invenit Summos Pontifices 24. Cardinales 183. p. der. per 14. folia prior. Cod. et manus. Inter Episcopos qui sunt sub Metropolitano Salzburgensi ponitur Altmannus Monachus Magdeburgensis qui jacet in Gottwico. ita expresse Codex. post Episcopos sequuntur Doctores Ord. S. Benedicti qui scripserunt Libros Divinos; dein denominantur qui scripserunt de Jure Canonico; postea recensentur qui scripserunt alios libros sed non super Biblijs inter hos ultimus recensetur Petrus de Rosenhaim Mellicensis. his recensitis ponuntur Abbates Canonizati qui non fuerunt Episcopi vel Papæ juxta Alphabetum. Principes qui amplexi sunt Ordinem S. Benedicti. Monachi simplices canonizati juxta Alphabetum. Martyres juxta Alphabetum. Quidam alij Sancti. Sancti Moniales et Abbatissæ Canonizatæ juxta Alphabetum. p. in fine legitur: Nuerrenberga in ambitu circa Stolam in ordine Doctorum et Illustrium virorum Ordinis ibi depictorum hic scriptum est super caput ejus: Alexander de Villa Dei Magister et Doctor Ord. S. Bened. scripsit Doctrinale puerorum. tractatus hic scriptus est in Nuerrenberga.

117 Tractatus de Sacramentis. incip. Samaritanus enim vulnerato appropinquans curationi ejus Sacramentorum alligamenta adhibuit quia contra Originalis peccati et actualis vulnera Sacramentorum remedia Deus instituit. p. der. per 3. fol. pr. Cod. et ma.

118 Tractatus de poenitentia incip. poenitentiam agite appropinquabit enim Regnum Cælorum. ad actum magis necessarium exercendum et ubi magnum periculum imminet ad differendum cum magno studio est intendendum. p. der. per 20. folia Cod. Chart. Sæc. XV. Sign. M. 8. in folio. agit per solitas partes poenitentiæ M.8

Tractatus